

Iutat. Nuper sepelivi fratrem meum Theophilum, apoplexia extinctum. Hottomanus, Erastus, Amerb. Zwingerus, Iselius tuus, cæterique recte feliciterque valent: ac te resalutant amanter. Bene sit Magnifico Domino Parenti tuo Literas ad Monavium, quæso ut per D. Herdess. cures, Basilea 12. Novembris 1583.

Totus tuus Gryneus.

EPISTOLA XXXIII.

S VIR Clarissime & Compater Optatissime. Recuditur nunc Christianorum Character ab Eustatio Vignone cum ceteris disputationibus eleganter, ut accepi. Faxit Christus, ut quem ille genium primum editus, habuit, (conciliavit mihi bonos amicos) eum renatus cum cæteris retineat: Est autem, de quo tibi amico fido certoque, scribendum censui, ea lege ut tuum consilium expetam. Meministi arbitror, quam selectos libros mea habeat Bibliotheca: quorum etiam nonnulli magni nominis virorum, fuerunt. Post tuum abitum alia Bibliotheca, quæ habebat Græcos Interpretes Aristotelis

F 5

& alios